



lis & eminens unitas Entis supremi per naturalem
hominis corrupti discursum investigabilis Brev. c.
II. Supplem. §. III. quæ verba non bonâ fide omiffa
sunt ab inofficiofo ac intempestivo cenfore) per so-
lam revelationem divinam, non naturalem corru-
pti hominis discursum sit investigabilis. Unitas enim
illa DEI, quam Christiani colunt, omninò est
unitas illa singularis TRIUM, seu, qua TRES
Personæ UNUM sunt Joh. V. 30. seu Unitas essen-
tia in tribus Personis. Unitas autem, ex lumine natu-
ræ cognita, est Unitas essentia in unica duntaxat Per-
sona. Qvi igitur B. Hulsemanno *θεωαυθευμένως*,
Theologicè ac candidè, vult contradicere, cum pro-
bare oportet: quòd Unitas Trium i. e. mysterium
SS. Trinitatis ex lumine naturæ, per naturalem
corrupti hominis discursum sit investigabilis. Id
quod facturus est ad calendas Græcas. Unde *Φοβλινόν*
istud *ἀνοσιμα* Calviniani ipsi, etsi nimium alias hu-
manæ Rationi tribuant, ne in Kekermanno quidem
ferre potuerunt, rectè asserentes cum Maresio Sy-
stem Loc. III. §. 1. augustum illud S. Trinitatis Myste-
rium rationi inaccessum, Philosophis ignotum. Quid
hoc aliud est, quàm Unitatem divinam, quam Chri-
stiani